manus eiusdem Gnosi Andreae Golanski praestitam de his factione
Quietat emittit, dimittit, liberosque et quietos perpetuo pronuntiat
Protestationes quasuis, Relationes Ministerialium obductiones vulnerum cassat
mortificat et annihilat, sibi suisque posteris ratione praemissorum perpe
tuum imponendo silentium.

Feria sexta ante Festum Praesentationis Beatissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo. 1270

2136 18/XI

Dydynscy inter se Roborat.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan.
Praemyslien. Gnosi Franciscus in Dydnia Dydynski olim Gnosi Pauli in
Dydnia Dydynski filius ab vna et Gnosus Franciscus de eadem Dydnia
Dydynski olim Gnosi Nicolai de praefata Dydnia Dydynski cum Gnosa olim Theophila Klodnicka procreatus filius, et suo pro Interesse parentumque suorum
Successor legitimus parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes
a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis propriis
et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni
quo ad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie, incorporando et subiiciendo palam libere publice
ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro Interesse
recognouit. Quia ipsi sibi mutuo et inuicem vna pars alteri ac posteris
vniusque partis se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summis pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesens scriptum certum manuale inter se Regnicolas ratione certarum rerum et Conditionum
in eodem scripto manuali conventarum, initum et conscriptum, Vadio Quinque Millium
Florenorum polonicalium roboratum, de actu et data eiusdem scripti hic Praemysliae die
hodierna in actu contenta confectum et conscriptum, manibus suis Recognoscentium pro
priis

prijs ab vtrinq subscript, in omnibus et singulis eiusd scripti conditionibus, punctis clausulis, articulis, vadio, Ligamentis ac nexibus generaliter vniversis firmiter tenere, complere, exequi, et inuiolabiliter obseruare. omnibusq et singulis eius contentis tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere. Scriptum praefatum ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictum scriptum vicissim in toto referendo. Idq sub vadio similis summae Quinq Millium florenorum polonicalium, per partem parti cum successoribus vtriusq partis, ob non completionem contentorum scripti praefati omnium et singulorum, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad soluendum succubito, ac pro re aliqua principali, ex contentis scripti praefati non complem complenda, Citata existens memorata pars vna praemissa non tenens, siue eius successores, Ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis, vel illius successorem, Ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, siue etiam Castrense Capitaneale Sanocense exhinc recessu suprascripto quod ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori, minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum seruitio militari ad munimenta ac exercitum vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vltra proximos officiorum praefatorum Castren Capitan Praemyslien, siue etiam Castren Capitan Sanocen Terminos, Dilationem sibi non recipiendo. Nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia praedictis simplicibus, vel triplicatis euasionibus, suspensionibus fatalijs Iuris, praescriptione terrestri, bello, conuentioneq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo Hic suis praefatorum personalibus Recognitis, ad praemissa facta mediantibus.

Dydynski filiastro suo Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien